

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9718

**Auteur(s) :** Matthieu de Beaumais [particulier]

**Auteur(s) :** Raoul, fils de Matthieu de Beaumais [particulier]

**Auteur(s) :** Guillaume, frère de Matthieu de Beaumais [prêtre]

**Bénéficiaire(s) :** La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1163, 7 octobre - 1187, 20 mai]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Matthieu de Beaumais, son fils Raoul et son frère Guillaume, prêtre, donnent aux moines de Saint-André[-en-Gouffern] deux tiers de la dîme de tout fief qu'ils tiennent au fief de Grand-Mesnil à Beaumais. Si les moines perdent ladite dîme ou Matthieu, Raoul et Guillaume ne peuvent ni la défendre ni la garantir pour les moines, ils concéderont aux moines en échange tout le pâturage commun dans les territoires de Cordey et de Beaumais et l'entier du champs Fagriu qui contient huit acres, ainsi que toute sa part de l'héritage de leur père que le prêtre Guillaume recevra dudit Matthieu.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6571.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 243-249, p. 437.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Cette donation n'est pas mentionnée dans la bulle d'Alexandre III (1163, 7 octobre) mais elle est confirmée par le pape Urbain III en 1186, 20 mai-1187, 20 mai.

Texte d'après A

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Matheus de Belmeis et Radulfus filius meus et Willelmus sacerdos frater meus dedimus et concessimus monachis Sancti Andree, in perpetuam elemosinam pro salute animarum nostrarum, duas partes garbarum decime totius feodi quod tenemus de feodo de Grentemaisnil in villa de Belmeis. Hanc elemosinam super altare Beate Marie Sanctique Andree liberam et omnino quietam ab omnibus exigentiis secularibus posuimus et hoc in capitulo monachorum super .IIIor. Evangelia tenendum juravimus, quod nichil omnino in eadem decima de cetero reclamabimus, nec ad malum vel ingenium super

prescripta decima sepedictis monachis ibimus, sed contra omnes homines ut propriam elemosinam de proprio defendemus et garantizabimus et omnem omnino propulsabimus injuriam. Si vero aliqua causa monachi illas duas partes garbarum decime perdidierint, et eis illas defendere et garantizare nequiverimus, concessimus eisdem monachis ut habeant in excambium totam communem pasturam totius territorii de Cordaio et de Belmes et totam culturam terre de campo Fagrii que continet .VIII. acras terre, et concessimus eis omne hoc quod Willelmus sacerdos frater meus acceperat a me in partem hereditatis patris nostri, videlicet quandam masuram terre que est juxta cimiterium ecclesie de Cordai et alibi in eadem villa tria frusta prati, et quandam partem nemoris quod est inter nemus elemosine Sancti Egidii de Bosco et viam de Eschaceriis, et in villa de Belmes, mansuram Willelmi Legrem et masuras Gocelini Lepeis et Ricardi fratris sui et masuram Holdeardis quas tenent ad censium, et quicquid in eadem villa in partem hereditatis patris nostri a me acceperat. Et ut hec omnia futuris temporibus firma permanerent et immobilia, presentis scripti testimonio et presentum sigillorum nostrorum munimine fecimus sigillari et confirmari. Testibus his, Hugone sacerdote de Belmes, Henrico de Monte, Petro de Cantepiee et pluribus aliis.